

PAVLI DE
PALACIO COM-
MENTARIA IN DVO.

DECIM PRŌPHETAS,
quos Minores vocant.

OSEAS.



APVT hoc duas p̄rtes ha-
bet. Priore p̄cipit Domi-
nus Oseæ, vt meretricē du-
cat vxorē. Paret ille manda-
to: & ex meretrice tres susce-
pit filios, primum vocat Ie-
zrahel. secūdum, Absq; misericordia: tertiū,
Non populus meus. Significabant hæc, quod
Dominus duxerat Synagogam Israëliticam,
cum idolis fornicantē. ex qua populus post
Oseam nasciturus, 3. erat habiturus status,
velut. 3. Synagogę filios. Primus à Iehu ad
Zachariam eius abnepotem, Populus huius
status vocatur Iezrahel. Secundus à Zacha-
ria ad Osee Regem. in quo cessauit regnum
Israëlis, sine reparatione. Ideò populus hu-
ius status vocatur Absq; misericordia. Ter-
tius ab hac Israëlis vastatione, in qua Gen-
tiles in Israelem adducuntur. Ideò vocan-
tur, Non populus Dei. Parte posteriore p̄-
dicitur vocatio huius gentis ad Christum.

*Argumen-
tum. c. 1.*

A CAP.